

Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 00 : Quam sapienter Deorum multitudo antiquorum ad unum Deum referatur

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII : Quam sapienter Deorum multitudo antiquorum ad unum Deum referatur](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 01 : Comme quoy la multitude des Dieux des Anciens se peut sagement rapporter à un seul Dieu](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 00 : Comme la multitude des Dieux des anciens se peut sagement rapporter à un seul Dieu](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 235r°-235v°

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/11/2024

NATALIS COMITIS MYTHOLOGIAE,

LIBER OCTAVVS.

*Quam sapienter Deorum multitudo antiquorum
ad unum Deum referatur.*



DMIRABILIS prolecto fuit, ac propè diuina maiorum nostrorum sapientia, Christianissime Rex C. A. ROLLE, qui primi religionem & Deorum immortalium metum inter homines introduxerunt: non solum quia nulla ciuitas, nullus hominum cœlus, nulla domus sine religione diutius potest cōsistere; sed etiā quia per hanc multiplicem fabularum varietatem nullam mundi partem, nullumque locum esse demonstrarunt, qui diuina

Deorum praesentia vacare possit. Nam quanquam Christianæ veritatis participes esse nō posuerunt, quia nondum suum lumen Christus veræ religionis precepta tradiderat, tamen pro suis virtibus, & quantum acie humani ingenii prospicere potuerūt demonst̄rare conabantur neminem clāvulum facinus vel turpe vel honorificum lucipere possit, quod nō continuo à Deo obseruaretur. Atque Iios res humanas curare demonstrabant, cum ritus sacerorum, & ceremonias, & preces, & proprium singulorum cultum, vel ad placandos, vel ad aliquid petendum initivissent. Illud enim fuit eorum, qui fabulas ex cogitarunt, consilium, ut Deum cuncta videre, cunctaque audiire ostenderet; quos ego vel Pythagora, vel Socrate, vel omnibus illis, qui potes vocari suae philosophi, multo sapientiores fuisse iudico. Nam tametsi non erat perfecta illa religio antiquorum, neque proclus ad probitatem illustrata, tamen id virtù dare non conuenit, quoniam nihil perfectum & plane absolutum nati solent. Huius igitur, ut nullam mundi partem, nullumque locum vel priuatum vel publicum Deo vacuum esse monstrarent, ne quis sceleratus arbitraretur se Deos latere possit, & nauigantium, & agricolarum, & militantium, & pastorum, & venatorum, & quidem aliud faciētum Deos propios esse dixerunt: quia vulgus & imperita multitudo percipere nō poterat, quo pacto fieri posset cum unus sit Deus, ut si omnis videret eodem tempore, que sunt vbiique & dicuntur in infinito prope hominum numero. Vulgus enim pro suo ingenio plerisque divinam naturam metitur, & quae nimis admirabilia sibi videntur, quamvis a diuina natura non abhorreant, repellit ac pro falsis habet; quia tanquam male affectus ilomachus validiora admettere non potest. Hec ipsa causa fecit, ut arbitrari, ut tantam Deorum multitudinem introduxerint antiqui, cum Deum ubique esse, omnianque illius natus gubernari demonstrare conarentur, cui pro negotiorum varietate diversa nomina tribuerunt. Nam vim diuinam coelum, & uniuers-

30

30

30

236

40

fus

Mythologiz

fas mundi partes superiores gubernantem, Iouem Deorum patrem appellabant: cuius vis ea, quæ sub terris esse, vocarunt Platonem, atque illum Louis fratrem nominarunt. Cum vero in aqua eadem vis considerabatur, quos diuina prouidentia omnino carere non potabant, Neptunum dixerunt, atque hunc ipsum etiam crediderunt Louis esse fratrem: tunc per aera penetraret, rursum vim ipsam diuinam nuncuparunt Iunonem, eamque censuerunt esse sororem Louis. Atque omnes vires denique per ipsa elementa diffusas, a superioribus & originem ducere, & pendere arbitrati sunt, quas omnes quasi ab uno fonte in multos riuelos naturam earum explicantes diduxerunt.

10 Atque, ut summatum dicam, si rem diligentius investigemus, omnes propè antiquorum Deos vel Louis fratres, vel filios, vel nepotes, vel aliquæ affinitate coniunctos, inueniemus; ex quo patet nihil aliud significare voluisse antiquos, quam unum esse Deum, unum resum omnium gubernatorem, cuiusvis esset in omnes res diffusa, qui unus cuncta videret, & audiaret, & regeret. Verum ad institutum opus iam accedamus. Et de Oceano primo transigamus.

De Oceano. Cap. I.

20 **O**ceanus, qui fluviorum, & animantium omnium, & Deorum pater vocatus est ab antiquis, Cœli & Vestri, quam terram nonnulli vocant, filius fuisse dicitur, ut testatur Hesiodus in Theogonia, ubi terræ filios ita commemorat;

... Oceanus ergo pater est terræ, &c.
Oceanus dicitur namque a patre nominata.
Ego in pars patris Oceanus deponit ait.
Oceanus dicitur namque Oceanus quiescentes lassitudine
Nostram, al' nautas et' ipsa flumina curva.
Ego ergo Oceanus nautas & terræ ille patruus
nautis ergo quales nautas quales patru, ait' & curva
Oceanus curvata & in' accessu paludibus.

Terra sibi par stellatum cœlum alma creavit,
Quod complectatur lato velamine totam:
Et foret hinc superis fides firmissima Divis.
Inde satimontes statio gratissima Nymphis,
Quæ sylias habitare solent in montibus altis.
Hæc eadem peperit ventosi marmora ponti,
Non ulli coniuncta mari, sed & inde creavit
Oceanum Cœlo coniuncta in amore profundum.

40 Apud hos educaram fuisse Iunonem testatur Homer. lib. 1. Iliad.

... Oceanus ergo nautas quales nautas,
Oceanus dicitur namque, ait' nauta Tulus.
Ego ergo Oceanus dicitur quales, ait' Oceanus.
Oceanus visura peto namq; ultima terræ,
Vnde genus superis, adeo Thetymæ parentem:
Qui me aluere suis domibus feliciter olim.

Ab hoc ipso Oceano videtur putasse Orpheus & antiquorum Deos, & res omnes initium sumptus; quippe cum omnia prius quam orientur, aut intercedant,